



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**R.P. Leonardi Lessii E Societate Iesv Theologi. In D.  
Thomam De Beatitudine. De Actibus Humanis. De  
Incarnatione Verbi. De Sacramentis Et Censuris.  
Prælectiones Theologicae Posthumæ**

**Lessius, Leonardus**

**Lovanii, 1645**

Qvaestio XXI. De his quæ consequuntur actus humanos quatenus boni  
sunt, vel mali.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72898](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72898)

## QVÆSTIO XXI.

De his quæ consequuntur actus humanos,  
quatenus boni sunt vel mali.

Sex affe-  
ctiones  
Actuum  
humano-  
rum.

**A**git D. Thomas hac quæstiones de sex veluti affectionibus, quæ consequuntur actus humanos, quatenus boni vel mali sunt: quæ sunt, *rectum, peccatum, laudabile, culpabile, meritorium, demeritorium.*

Vt autem intelligatur quomodo hæc possint distingui, Notandum est, *bonum & rectum, malum & peccatum*, parum differre: Nam passim pro eodem à Patribus & Doctoribus vsurpantur.

Quis  
Actus bo-  
nus & ma-  
lus,

Videtur autem hoc modo posse optimè distingui, vt actus dicatur *Bonus*, quatenus est consentaneus naturæ rationali. *Malus*, quatenus eidem naturæ est dissentaneus. *Bonum* enim & *malum* dicunt ordinem ad aliquod subiectum, cui aliquid commodi vel incommodi adferant.

Quis Re-  
ctus &  
Peccatum.

*Rectus* verò, quatenus est conformis suæ regulæ, siue hæc sit ratio recta, siue lex æterna. *Peccatum* autem quatenus aberrat à sua regulâ. Quod confirmatur à simili in artibus. Dicitur enim quis *rectè operari*, si iuxta præscriptum & regulam artis operetur: *peccare* verò dicitur in

operando, si à præscripto artis discedat. Vnde D. Augustinus & Ambrosius definiunt peccatum ex ordine ad legem diuinam, vt infra patebit.

Dicitur *laudabilis*, quatenus est bonum liberum. *Culpabilis*, quatenus est malum liberum. Itaque *laudabile* & *culpabile* supra rationem boni & mali, *recti* & *peccati*, includunt libertatem, quam illarum ratio generatim considerata non includit, sed solum si consideretur quatenus formaliter habet esse morale.

Quis lau-  
dabilis &  
culpabilis.

Denique dicitur *Meritorium*, si fiat in commodum vel obsequium alterius. Ideo enim opus meretur aliquod præmium ab aliquo, quia cedit in ipsius commodum vel obsequium: hinc enim fit, vt ille vel ex iustitia, vel certè ex gratitudine aut fidelitate teneatur compensare. *Demeritorium* dicitur, quatenus in alterius cedit iniuriam seu offensionem. Itaque ratio meriti & demeriti aliquid addit supra rationem boni & mali; *laudabilis* & *viruperabilis*, scilicet, quod fiat in commodum vel incommo- dum alterius.

Quis me-  
ritorius  
& demeri-  
torius.

F I N I S.



AVCTARIYM